

CARMEN DE PERAMBULATIONE

REVEREND WALTER NIEBRZYDOWSKI

Church of St. John the Martyr
New York, New York

Anno ad finem jamjam vergente,
Camerata quidem hinc inde currente,
Ambulare desinetis—me dolente.

Quo non obstante spero fore
Ut feriis aestivis solito more
egrediamini soli magno cum honore.

Periti jam enim in re Urbana,
Laetabundi pergite ad Romana arcana,
Ad corpus reficiendum cum mente sana.

Avidi exeatis non sonante campanello,
Assidui exquiratis rotundo cum cappello,
Laeti inveniatis vel sine Bidello.

Quae dum patratis scio profecto:
Preces effundetis pro vestro Praefecto
Tam placide recumbente in suo lecto.

Quidam sane (O felix Valentine!)
Ad oras Americae volabit repentine;
A nobis valedictus redeat in fine.

Alii autem, ut feliciter tractatum
Percurrant De Deo Uno nuncupatum,
Tenaciter adprehendant illud effatum:
“Quis quidem nequit quaerere quid sit
quin quoque quaerat quod sit.”

Opus Praeclarum ab Eximio
Praefecto Concinnatum